

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia m
cum fonte primo

Superbia dicit: Certe multis
immo pene omnibus melior es
uerbo, scientia, diuiciis, honoribus et
cunctis que carnalibus uel
spiritualibus suppetunt karismatibus.
Cunctos ergo despice; cunctis temet
ipsum superiorem attende.

Augustinus in libro de conflictu
uiciorum et uirtutum.

Superbia namque dicit: Certe multis,
immo etiam paene omnibus melior es,
uerbo, scientia, diuiciis, honoribus et
cunctis quae uel carnalibus uel
spiritualibus suppetunt charismatibus.
Cunctos ergo despice, cunctis temet
ipsum superiorem adtende.

Ambrosius Autpertus, *Libellus de
conflictu uitiorum atque uirtutum*, 2
(CCCM 27B, R. Weber ed., p.910, ll.1-
4).